

*Lib. II., Hausbergi* nostri mentionem facit. Ceterum, de herbarum plantarumque ubertate, tam in montibus, quam in toto Jenensium agro, *Ruppii Flora Jenensis* à me edita, brevi multo auctior atque emendatior edenda, testatur. Illi vero montes, quorum jugera ita conjuncta sunt, ut cavitatem concavam efforment, vocis imagines reddunt duplicatas aut triplicatas: quæ vocis collectio & reflexio, *Echo* appellatur. Has vocis duplicatas triplicatasque imagines, in regione molæ papyrariæ, ante portam St. Johannis, & in campo das Lerchen-Feld / ante Zwezensem portam, clamantes cum delectatione audiunt.

§. 6. *Summa montium cacumina* nubes pluviales, in stupendam molem collectas, & in inferiore aëre, ob ponderis molisque gravitatem nimiam, profunde dependentes, dirumpunt, magnamque inundationem agris & vineis inferunt, cum hominum animaliumque periculo. Quales Anno cccc. die xxvi. Maji *Jene, Apollæ & Kappendorffii* disruptæ sunt. Harum aquis, teste *Fabritio in orig. Saxon.* Leutra rivus & Sala fluvius, ita in-

in-